13/6 1556

Sacra et Serenissima Reginalis Mtas
Domina Domina clementissima

Mitto Mti vrae lras, quas Rmdi domini Veronen Episcopi agens, mihi ad S Mtem vram, transmitten commisit

Scribitur mihi ex Polonia, Casimiriam et Stradom cum duobus illis egregiis templis vel Corporis Christi et Sanctae Catharinae, et coenobio monialium sanctae agnetis, die secunda mensis Maij omnino conflagrasse, maximamque aedificiorum partem quae sub arce Cracovien fuerant igne etiam absumptam

In Ducatu Lituaniae summa caritas annonae esse dicitur, et propterea Sacra Mtas Regia brevi in Poloniam redire statuit

Magnificus dnus Castellanus Sendomirien die sexta mensis huius Roma in Poloniam rediens Bononiam applicuit, dieque sequenti Ferrariam inde concessit, Scripsit sua Magnificentia mihi se honorifice a Duce Florentino Florentiae et a Rmo Cardli Burgen Senis fuisse exceptum Et Bononiae ab Emilio Malverio

Romae nil novi fertur nisi quod certum est
Rmum Cardinalem Carafam secundo vento
iam in Gallias appulisse. Habuit sua D.
Rma vinctis comites Paulum Jordanum
Ursinum, Petrum Strozam, et complures
Romanos qui regis Gallorum partiū ~~sunt~~
Orator Caesaris hodie aut cras Roma abi-
turus est, nescitur an bene aut male
contentus abeat
Lrae S. Mtis vrae Domino Joanni Leo-
therozky inscriptae sunt et Bononiae
redditae
Commendo me in gratiam S. Mtis vrae domi-
nae mi clementissimae Romae die xiii
mensis Junii Anno Dni 1556

Sacrae Mtis vrae

obsequentissimus servus

Georgius Tirinen
scriptor aplicus

Hodie sunt mihi reddite binę S. M.tis V.ę
~~[illegible]~~ alię ~~ad~~ Domino Joanni Ecorlowsky
inscriptę quas hoc nuncio cursario ve-
neto Venetias cum tuo May.ti dni ora-
toris S.mi regis nri prefatum remitto

Sacræ et Serenissimæ
Reginali M.ti Poloniæ
etc. seniori Dominæ
clemen.mæ

Neapoli vel
Barri